Et pronunciatur primo incipiendo: Passio
domini nostri Ihesu Christi: Deinde
Pater noster Deinde kalendarius et lectio
et tabula: postmodum septem psalmi et
orationes prepositi Deinde collatio:
posthec itur ad chorum ut hore legantur:
postmodum venit Archiepiscopus stans et ex=
portans inferius: Et sic descendit prepositus:
et transit ab ante et post eum domini:
deinde scolares: et incipitur In tribula=
tione post prophetiam Tractus in choro
decani Deinde iterum epistola legitur cum
ut prophetia Deinde iterum Tractus
in alio choro post hec agitur sicut
Breviarium

Item feria sexta parasceven pulsus fit circa
sextam: et statim post primam intrant
in capitulum Preposito presente: Lectio
capituli taliter incipitur videlicet: Passio
domini nostri Ihesu Christi: Finito
Pater noster legitur Martyrologium
Deinde sine mora alia lectio: postea
tabula: Deinde dicuntur septem psalmi
sub psalmo Miserere datur disciplina
psalmus finitis dicat prepositus Coll. Deus
dicat Confiteor: postea prosternunt se.